



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Anima Deuota pijs circa mortem meditationibus occupari solita, quanto propius eam accesserit, tanto animosius illam laceßit ac prouocat, spe æternæ vitæ & resurrectionis seipsam erigens. Colloq. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

Anima deuota pijs circa mortem meditationibus occupari solita, quanto propius eam accesserit, tanto animosius illam laceffit ac prouocat, spe aeternae uitae & resurrectionis seipsam erigens.

## COLLOQVIVM II.

**I** Anne ergo vinculis soluta carnis  
 Coelum emicabo Christe versus aureum?  
 Iamne ergo corporis mei ex ergastulo  
 Ad sempiternam remigabo patriam?  
 Versura iam ergo fiet ista nobilis  
 Ut pro orbe caelos incolam de caetero?  
 Et fulgidi inquilina ut audiam aetheris?  
 An ergo iam vita mea telam tibi  
 AVellere huius uniuersi abrumpere  
 Sedet vnica o Deus mea recreatio?  
 Salue ergo & usq; & usq; gratias habe,  
 Quod me tua educens petente dextera  
 Ex inquieto instabilis mundi & quore,  
 Felicitatis inuehi in portum iubes:  
 Meamq; tandem enauigare in patriam.  
 Iamne ergo splendida hac mihi est haereditas  
 Cernenda, quam tu filijs olim tuis,  
 Tuum profundens comparasti sanguinem?  
 Mene illius manet modo possessio?  
 Valetate iam nunc quotquot orbis lubrici  
 Gizas leuemq; haereditatem prenditis.  
 Me penna solui non timens illuc uehit  
 Vbi beatitudinis seruans opes.

Omnia

Omnis boni circumfluam torrentibus.  
 Illic ego virtutem inastimabilem  
 Omnesq; thesauros Dei visura sum:  
 Illic ego orbis vniuersi Machinam,  
 Orbis mei centrum eminens visura sum:  
 Illic procul stulto ruentes impetu  
 Ridebo mortales ego in mortalia:  
 Quando illa vana mundi scena ludrici  
 Prastringet aures, os, & ipsa lumina:  
 Quando beatis ebrios successibus  
 Fortuna demulcebit arte subdola,  
 Omnesq; spes repente vestra concident:  
 Quas vos parati prorsus olim regio  
 Struxistis argilla super miserrimi.  
 Quid quaeso frustra stulta gens spondes tibi?  
 Hic tu tibi gazas imaginariet,  
 Hic tu tibi vis pollicerier bona,  
 Qua non nisi inter astra & igneos  
 Coeli Quirites ac Beatos inuenis?  
 Beata mors, secunda mors, accepta mors!  
 Qua me Tonantis ante sistes limina,  
 Qua me Beatorum inferes cohortibus.  
 Cur quaeso tardem? segniorq; prouolem?  
 Mene ista vallis detinere & pascere  
 Possit volentem vasa colligere mea?  
 Mene ista vallis? vallis ista absinthio  
 Plena, & referta tantum amaritudine?  
 Vallis doloris & laboris improbi,  
 Vbi morimur viuendo: vbi tunc viuimus  
 Quando morimur; mene ista vallis à mea  
 Possit via abstinere vel seducere?

O dulce momentum mihi, ô gratum mihi?  
 Ne quaeso tarda soluere isthanc animulam  
 Tecumq; terrarum globum & nubes super  
 Vectam in Dei mei loca penetrabilibus:  
 Nunc ergo salue & ultimum hoc pro me vale:  
 Animula quod tibi impertit, tua accipe,  
 Corpus sodalis omnium fidiissime,  
 Me de mea statione vult discedere  
 Communis ille & Imperator & Pater:  
 Discedo, meq; vinculis soluo meis.  
 CORPVS. Animula vagula, quid tua hac anulfo  
 Portendit? ecquid oro sic seiungimur?  
 Quanam illa sunt edicta tam crudelia  
 Et Manliana iussa, qua cedere iubent?  
 A. Lex id iubet Dei omnium Iustissima  
 C. An ergo nos lex illa vult seiungier?  
 A. Id dico, teq; vult abire in puluerem.  
 C. Vt sempiterna ego tibi essem mansio,  
 Deus creauit hoc tuum corpusculum.  
 A. Nisi abrogasset hanc Adam legem cadens.  
 C. Ecquam domum tu ergo incoles de catero?  
 A. Illam igneam stellisq; distinctam vides?  
 C. Vt in malis, sic in bonis socius eo.  
 A. Manebis in valle hac meum corpusculum.  
 C. Videbo caelum: & heu modo cur non licet?  
 A. Lex obstat & vetat utriusq; Principis.  
 C. Debetur hac meis laboribus quies.  
 A. Fateor, at illa te sequetur postea.  
 C. Cui relinquer ergo, Domina, caterum?  
 A. Terra, tua matri, omnium vt mortalium.  
 C. Quid in tenebrosa hac domo me facere vis?

A. De-

ANIMAE DEVOTAE. 9

A. Doloris expers, iudicem illic praestolaberis.  
 C. Vita carens tu me ergo vis putrescere?  
 A. Volo, at resurges, at virebis denuo.  
 C. Faetebo ego deforme, ego scatebo vermibus?  
 A. Posthac redibis ad decorem pristinum,  
 Formam ad tuam, tuamq; pulchritudinem.  
 C. Fiamne saccus ergo ego putredinis  
 Quod inquilina consecravisti animula?  
 A. Isthaec tibi alteratio fornax erit,  
 In qua liquescens tute transformaberis  
 In vasculum pulcherrimum & nitidissimum.  
 C. Durissima alteratio! quando anguim  
 Quando cestarum meo sanguine greges  
 Et carne vermes putridos pascam mea:  
 Heu qua meo iam fit dolori accessio!  
 A. Spes te potest debetq; consolarier:  
 Quod ex tenebroso hoc situ atq; pulvere  
 Tua excitata splendida existet caro.  
 C. Ecqua manus tot frustula & partes putas  
 Anima coagmentabit, & fideliter  
 Suum reponet singulas in ordinem:  
 Qua vermium anguimq; sunt praesegmina,  
 Foedaq; sunt facta dapes serpentium?  
 A quo nitorem ego hunc mihi promifero?  
 A quo mihi hancce pollicebor gratiam,  
 Ut splendidum fiam, ut cluam pulcherrimum?  
 Quis Spiritus mihi Spiritum afflaturus est?  
 Qua vis inerrans ossibus meis parem  
 Illis vigorem pristinum sic implicet,  
 Ut fulcra sint domusq; compages mea?  
 Quis me excitabit ex situ tam sordido.

A. 35

Squa-

Squis, loreq; obscæno ad decus quod tu refers?

A. Ille architectus nobilis, qui cuncta scit,  
Qui cuncta qua cupit, vel hoc propter potest.

Qui te figurans ex sequaci puluere,  
Id esse fecit quod modo esse defines.

Hic architectaturus est te demò:

Hic dissoluta latera collapsæ domus  
Compinget innectetq; quam pulcherrime.

C. An nervus iste, an illud os, hic musculus,  
Isti canales sanguinis vena, cor hoc,

Meiq; pulmones, & ista viscera

Vitam & colorem à spiritu hoc trahent novum?

A. Non vnicus tui capillus verticis,

Non vnus unguis ex hoc corpusculo,

Cum riuè rursus illigaberis mihi,

Deiuitatem quampiam haud pra se feret.

C. Quid verò tum vel quale ero corpusculum?

A. Subtile, lucidum, leue atq; splendidum.

Et quod pati de cætero nihil queat,

Par fulguri genijsq; par cælestibus.

C. Sic ergo fulgurabo, sic micabo ego?

A. Fulgebis atque fulgurabis perpetim.

C. Tu verò rursus inquilina post mei.

Quid quaso ages? quid molieris obsecro?

A. Formosior, decentior tunc millies

Vitam perennem & gaudijs plenam exigam,

Et semper immortalis aeterno Deo.

Teritè pascam alamq; cuncta in sæcula.

O sumptuosum & splendidum conuiuium!

O dapilem coenam! apparatus Regium!

C. Nos orbis hic nihilominus clausurus est?

A. &

Vbiq;

ANIMAE DEVOTAE. II

A. Vbiq; gentium & loci felix eris.

C. Non ergo flameam incolemus hanc plagam,  
Et fulgurantes aetheris late domos?

A. Certè incolemus; incolemus perpetim,  
Quando semel potentis illa Iudicis  
Vox detonabit ultima & sententia.

Tunc nos feremur candida nube omnibus  
Incogniti mortalibus, perq; igneos.

Hos emicantes aetheris magni globos,  
Coelum Quirites aureum introibimus

C. A quo hac erunt speranda nobis gaudia?  
Tam grande cui debemus beneficium?

A. Agno beatitatum origini omnium,  
Agno Redemptori orbis atque vindici.

C. Ergo omnibus speranda sunt hac pramia?

A. Quotquot boni fuere cum nobis bonis.

C. Huic age ergo seruiamus perpetim.

A. Pascenda gaudijs meis nunc auocor.

C. Heu quando lux lucescit illa, lux bonis  
Speranda, lux timenda sed contra improbis!

A. Lucescet illa lux breui satis scio.

C. Vale ergo donec denudè coniungimur.

A. Vale vnice ô frater, vale primogenite.

C. Vale meum solatium, vale, vale.

A. Vale fidissimus sodalium omnium.

C. Vale cui portum istum, & ista gaudia  
Debebo semper & libenter debeo.

A. Vale meum corpusculum fidissimum.

Vale, vale tua pro obedientia.

C. Vale qua amando me tenerrime, tamen  
Ut ritè lucrare, me pie oderas.

A. O

R. Vale

A. Vale tuam quod baiulando sarcinam  
 Patiens fuisti semper atque subditum.  
 C. Si ritè feci, gratiâ Dei accidit.  
 A. Pro tot molestijs patet coelum tibi.  
 C. Quia nempè consulenti amanter parui.  
 A. Quia seruiisti principi summo Deo.  
 C. Vale huius, ô Vale ergo, imago principis,  
 Imago viua, imaginum pulcherrima  
 Vale, tnamq̃, hereditatem apiscere.  
 Dum tu relinquis hoc domicilium,  
 Procumbit, & fractis parietibus ruit:  
 Languere sensus, emarcescere hic vigor,  
 Non velle fungi cœterum officio suo  
 Nasus, manus, aures, & ista lumina  
 Cœpere, nulla pars seruire vult tibi,  
 Ossa ipsa iam nunc sentio gelascere.  
 Discede, & ad possessionem splendida  
 Hereditatis euge nunc accingere.  
 A. Vale ergo, nec mihi obsecro succenses  
 Quod prius cedo, quod prius quam tu emigro:  
 Visura Regis optimi aternam domum.  
 Lucescet illa lux tibi, crede, propediem,  
 Qua me sequeris ô sodalis optime.  
 Tu vero Marmor funebre atq̃, agger breuis,  
 Memento depositum ut tuum serues mihi.  
 Serua id mihi fideliter, dum buccinâ  
 Mundi sonante corruentis per plagas,  
 Accerser ad tribunal humanum genus  
 Iesus supremus Machinâ huius arbiter.  
 Tunc tu mihi meum reddes corpusculum,  
 Ut sempiterna cent. p̃ploq̃, pulchrior.



Mihi domus sit ceterum, atq; habitatio.  
 Valet nunc mea ossa, vos valet nunc.  
 Ego relicta terra ad alteram terram migro,  
 Terram salustis & quietis aurea.  
 Te nunc Creatorem meum & Deum meum.  
 Vicina specto, tu tua clementia.  
 Me rursus intueri, me totam aspice.  
 Ab omnibus meis iniquitatibus,  
 Tuiq; filij redemptam sanguine.  
 Vide ut patente guttore infernus tuam  
 Quem vorare gestiat, vide ut furat,  
 Ut me misellam faucibus captet suis.  
 Succurre IESU & arma caelestis Spei,  
 Scutumq; Charitatis & Fidei para,  
 Vos angeli, vos o beati spiritus  
 Arcete carnificem procul meum, procul  
 Ferale propulsetis agmen Tartari.  
 Tuq; o supreme & sempiternae Spiritus  
 Largire robur, adde vires debili,  
 Quo fortiter pugnando splendidam meis  
 Ab hostibus feram victoriam; veni  
 Beata mater Regis omnium ac Dei,  
 Meq; in periculoso agone robora.  
 Hoc illud est certamen, hac lucta ultima,  
 Hic unicus conflictus est, quo fortiter  
 Pugnando pacem sempiternam consequar.  
 Valet vos ossa, & meum corpus vale:  
 Non te morabor amplius, nunc emigro,  
 Subiecta nunc oris tui flatu ultimo  
 Ad igneas Tonantis euolo domos.  
 Tu me Deus Deorum, & aequus arbiter.

*Sinu tuae felicitatis excipe.*

THEOL. Ecce tibi nunc fidem meam ex parte liberaui; Tu nisi valdè me animus fallit decedes non nihil de tuo iure, ac tam diu in tabulis me apud te debere patieris, donec quæ reliqua sunt, alio tibi tempore soluere possim & repræsentare. Ego autem interea votis Deum conueniã, quo vitam nostram in vasto huius mundi theatro ad instar fabulae à nobis actam, felici istiusmodi Epilogo claudi patiatur: Tuque mihi etiam insufurrabis ecquid tibi de floridissima hac tabella in mentem veniat cogitare.

---

*Cum preparatione & modestia de rebus sublimibus esse differendum: Dictum illud, cuius Bias author est, explicatur. Omnia mea mecum porto.*

COLLOQUIVM III.

PHIL.

**N**AE tu verò mihi Poema, admodum quod ad meum gustum sit exhibuisti; non modo